



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 171. Papa Scaphusia Lauttenburgum profugus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

fragantes juxta rigorem legis puniendos Sæcul. XV.
A.C. 1415.
 esse. Cardinales de his articulis edocti, hæc verba, *reformatio Ecclesiæ in capite
 & membris deleri postulant*, Papam in hoc puncto minime Concilio subjiciendum contendentes. Præterea petunt, ne Papa, nisi de schismate aut hæresi accusatus esset, coactivæ Synodi potestati subderetur, ac perpetuo supprimeretur silentio illa libertas, quæ Pontifici Constantiæ concessa fuisse jactabatur. Postmodum Cardinales abdicandæ dignitatis ejus potestatem Imperatori auctoritate Pontificis offerunt, ea tamen lege, ut bini ex Cardinalium Collegio cum sacræ Cæsareæ Majestatis consilio, Papa etiam invito, Pontificatui cedere possent, insuper polliciti, Curiam Romanam absque Synodi judicio Constantia non esse abducendam, seque Sessioni postera die trigesima Martii celebrandæ, interfuturos, dummodo de istis articulis, quos suppressi rogassent, nulla fieret mentio, sed prout in votis haberent, omnino delerentur.

§. CLXXI.

*Papa Scaphusia Lauttenburgum
 profugiens.*

Imperator intellectis hisce conditionibus,
 se hac super re cum Nationibus in
 Francis-

Sæcul. XV. Franciscanorum coenobio congregatis
A.C. 1415. collaturum respondit; eodemque tempo-
 ris momento promissis stetit. Cum au-
 tem Nationes in concepto Articulorum
 tenore nil immutandum contenderent,
 Cardinales de rei summa edocet, rogans,
 ut usque ad proximæ sessionis tempus
 nonnisi hora decima celebrandæ, quid
 factu opus esset, deliberarent. Dum hæc
 interea agebantur, Pontifex omnium,
 quæ gesta fuere, haud ignarus, Cæsarem
 contra Austriæ Ducem bellum parare
 certior factus, proin in Scaphusia se cin-
 gi veritus, Lauffenburgum auffugit, quod
 oppidum est ad Rhenum inter Scaphu-
 siam & Basileam interjectum. Simulac
 Scaphusia excesserat, Notarium & testes
 accersiri jubet, & illis præsentibus sole-
 mniter contestatur, se quicquid Cónstan-
 tiæ jurasset, & promississet, metu ac vi ad-
 actum fecisse, ac propterea illud servare
 non teneri. Nihilominus tamen eodem
 tempore in quibusdam suis epistolis ul-
 tro citroque directis e diametro opposita
 scripsit.

§. CLXXII.

Congregatio ante Sessionem habita.

Sessione primum ad horam decimam in-
 dicta, adhuc Congregatio matutinis
 horis celebrata est, in qua de opportunis
 ageba-